Biblioteca estense universitaria
Largo S. Agostino 337
I-41121 Modena MO
Tel ++39 + 59 222248
Fax ++39 +59 230195
b-este@beniculturali.it
http://bibliotecaestense.beniculturali.it

gamma.s.5.25

Epistolae

Ms., 16. sec.

ESTENSE · DI-
NA-
324

210
1. n. 9. 5.
p. 224 ± 12
Y. S. 5, 25.
208, Mag.



APP.
324

R. MSS. CLAREND. COD.

Queste Lettere non sono fatte d'un

solo Autore, ma se il fossero mai, v'

è luogo a credere ch' Esse sieno di

Gio: Filippo Salardo, poichè L' Oraliman

a Innocenzo VIII. per La sua esaltazio.

ne al Pontificato in nome di Gio: P.

Bentivoglio il dimostra, giacchè Egli fù

il Capo dell' Ambasciata spedita ap:

punto a complimentare il pontefice

in tal circostanza, come si à dal Sti:

vendaccì all' anno 1484. —

D.o Gio: Filippo Salardo fù Senatore, ed ebbe

molto a soffrire Egli e la Famiglia sua

per la rivoluzione, ed espulsione Bentivolesca.

1

Vincesilao Boiemo.

Salue prestantissime uir si uales bene est, ego ualeo: et omnes mei ualent, cum dico omnes de Martino et Henrico quoqz loquor: breuiloquentē me inscribendo facit Vincentij nostri diligentia: q longe plura est uobis explicaturus: quā ego scriptione possē cartha qz cōplecti: facit iam uera inter nos mutuaqz benuolentia, ut mihi literę tuę sermonesqz de te sint iucundissimi: ut ego ad te scribens ad alterū me scribere uidear: uerus enī amicus alter ipse est. In rebus autē humanis amicitiā duco esse pciossimā plurisqz faciendā: quā cętera mortalia: si amicitia tollatur ex hominū cōmertio iam nō homines esse uidebimur: sed ferę: et si quid est feris truculentius, amicitia non inter absentes hoc potissimum glutino literario coalescit et feruminatur: tolle epistarū colloquia cito euanidus fiet et reletescēs amor inter absentes: qui uicissitudine literarum Iuuenescit atqz reficitur: Interdū mihi dulcior est amici absentis epistola q̄ luculentę diuitię: hoc imprimis expertus sum legens tuas epistolas ad me humaniter et concinnter scriptas: multi sunt tibi hinc inde amici sed pauci philippo ueriores sinceriresqz, fac periculū: noscēs me rebus quā uerbis esse ualentiorē. Martinus noster qui te patris et patroi loco colit et obseruat: operā dat studio literarum: quibus et instruitur et oblectatur. Iam existimat uitā sine literis nō esse uitalem: Iam pastū disciplinarū cognoscit esse suauissimū; hoc tibi sperādū est ut de homine erudito, et eruditionis studioso, cuius studijs ego nusqz desum: quottidie legimus aliqd: q̄d ad doctrinam eloquentiāqz conducit. Henricus puer est indolis optime, ingeniosus: docilis ad linguā et latinā et nostratē perdiscendā: cui ętate ut spero plurimum proficiet. Cōmentarij mei in suetonium

GODICES MSS. CANTORI

tranquillú iam ſunt sub impreſſore, ubi erunt abſoluti adte
ibú, capies ex illorú lectione delectationē: quę millis diſperſi
continetur, probabis opus et ut opinor probabitur ab hominibus
qui nó ſunt maleuoli, mittá id qđ existimo tibi futurú gratius:
quā munuſcula caduca et citiſsima pereuntia, mater, fratres,
Jsota, Bertolatius tibi et uxori tuę maximopere cómendát, Ego
idem facio teqz rogo ut amicitiá cuius nó ſolum fúdaméta jacta
ſunt ſed erecta faſtigia colas ac tuearis Epiſtolarú colloquijs miſſi-
tationeqz epiſtolici Characteris reciproca, Vale & me ama mutuiter.

Vlderico Roſensi

SAlue Magnifice patrone Colende, memor priſtinę conſuetudinis,
tuęqz ingenuę probitatis, te abſentē diligo pinde ac preſentē dili-
gere et colere ſoleba, uellem ſicut olim ad me ſcripſiſti reuertereris
ad Gymnaſiú noſtrú exornandú et ad uoluptates noſtrates perfru-
endas, nunc enī et literas magis diligeres et uoluptates ſuauiſ
degustares. Audio iſtic bella omnia eſse compoſita, ſedatos tu-
multus, ſublatas de principatu contentiones: quo circa tráqllitatſ
rebus te muito uocoqz ad reuiſendas Italicorū clientelas: habes
enī hic non pauciores quā iſtic amicos et clientes. Ego uero ípri-
mis ſum tibi delitiſsimus, et pro amicitię pignore mitto ad te
libellú, inquo et ſeria et jocoſa continētur: quę gignit fundus
meus illa libenter amicis iparcio, ſuppellex mea chartacea eſt,
Cartas mitto: puſilla poſſideo, puſilla accipies: tu q magnus
et opulentus es propuſillis remittito magna et opulenta, muſcula
mea ſunt hamata et uiſcata, furtim latrocinātur. Cupio abſte-

remunerari remunerationē luculenta / Cupio pro ꝯtartario
uilīqꝫ munuſculo munus pelliceū et precioſū / ſcio te iſtic
abundare pelliceis ueſtibus ex marte cōmatis : Rogo tuam
munificentiā et benignitatē / ut uná huiuscemodi ueſtē mit-
tere uelit et quidē dono / nō eū decet prīcipes negociari :
Cancellarius ueſter ut pote liberalis et munificus miſit ad me
hoc anno unā et eā qdem elegantē : quę inuitauit ad alterā
abſte petendā : náqꝫ duę copulatę exornāt ueſtiariū / sola
nó conuenit : Contraxiſti frontē ſed magis contrahes ubi
legeris equū quoqꝫ depoſcere / nolo enim mumere munus ex-
pungi : ſcio te non eſſe animi puſilli et maxime erga preceptorē /
ſcio te et equū et pelles libentiſsimo animo miſsurū / et ego libel-
lorū meorū primitias ad te ſemper deſtinabo . Intra duos tresue
ad ſūmū méſes imprimētur Cōmentarij quos compoſui intráqllū
ubi erūt impreſsi ad te ibūt / et ſiqd aliud exibit ex noſtra of-
ficina illud iſtic transmittetur : Vincentiū meū uel potius tuū
tibi cōmēdo / ſiue redīturus ad nos eſt / ſiue tecū manſurus : Iniūxi
Martino noſtro ut te meo nomine inuiſeret / ſalutaret / áplexaret /
O quā mihi iucundū foret ut ſimul omnes transmigraretis / mu-
ſisqꝫ opam daretis / ſucciſiuua / uero / amicę & genio iuꝝ optimo
impartiretis / urbs noſtra ſi úqꝫ ſcortis abundauit / nūc maxie
abundat / ſi úqꝫ floruit nūc maxime floret / omnia ſūt plena
uoluptatum multiplicium / nullus eſt in hominē ſenſus q nó ſit
apud nos titillatio et blandimētū / ex Martino plura cognoſces
ut pote homine politico gnatoqꝫ morū noſtratiū / hoc unum
te preterea rogo ut illuſtribus fratribus tuis me maiorē imo
dum me cōmendes / ſum enī ut optime noſti familię Roseſi

mancipatus et addictus, quā uiribus ingenij et eloquentię
illustrare nō desmā / pene prętery qđ minime fuit pre-
tereundū ut. S. te pro Jure beniuolentię rogē / moneam /
horter / ne studia litteraria. extoto floccipendas: potes
singulis diebus singulas saltē horas impendere uoluptati
literarię. quę uera est uoluptas / scito enī litteras tanto
precisiores estimari atq3 splendidiores / quanto nobilior
est ille q eas possidet / modica erudicio mte admirabi-
lior erit / quā mme maxima / sententię duę tresue tępe
stimiter ate prolatę / maius tibi afferet ornamētum: quā
si ąme sexcentę memoriter proferētur / potes uenari / scor-
tari potes etiā studere / nullū enī diem tam occupatum
ducere te opinor / ut non hora aut semihora uana relin-
quatur: qua posses musis inseruire: qđ ut facias te rogo
et pro Jure boni doctoris moneo / et hortor / uiue et
uale decus meū / Philippúq3 tuū abscēte absēs mutuo
dilige.

Vincesilao Boiemo.

JVales bene est nos ualemus / diu est qđ ego adte scribē
uel potius rescribere desidero causa cunctationis fuit penuria
certorū nuntiorū / Cū autem impresentia Martinus tuus uel
potius noster destinasset reuisere necessitudines / et ipatriam
repedare / nolui eum sine literis recedere: quas sciebam adte
ipsum indubitanter peruēturas / Jgitur tibi gratias ago et hro
uberimas pro munere pelliceo / donū est principibus dignum /
merebantur id genus pelles elegantiores ueste olosericam uernustar
& uernustauerunt / nihil prorsus gratius / nihil iucūdius abste mihi

mutti potuit, quo circa gratias ago, pro remuneratione, mitto libellum nugarū mearū: qui tibi oppmor uel ob hoc erit nō inucúdus: qđ Martino nostro dicatus est, dices scio dispare remunerationē et profecto nō tam dispar fuit armorū Glauci Diomedisq3 permutatio, cū pro aureis ærea sunt reddita, tu pro pellibus preciosis recipies Cartas sordescentes, tam ĩterdū solent minuta minuscula et maxima cartacea habere aliquid qđ iuuet fructus hortuli mei qui qualescūq3 sunt imbonā queso partē accipiantur: qđ mihi cōmendas Martinū Martiniq3 studia hoc pīde est ac si me ipsū mihi ipsi cōmendares, Martinū fraterne diligo, et eius studia fraterne Colo, sed iam tantū profecit ut uix egeat nostrę disciplinę, attamē si nō ut dux saltē ut comilito iuuabo comilitonē, adhuc sunt mofficina mea ferramēta quibus poterit limatior policiorq3 formari, et ego nusq3 deero ad ingeniū Martinj excolendū ac uenustandū: qui et meis hortationibus et amor tui reuisendi remeauit ad uos, suasi eū homini, ut Cognatos affines amicos deniq3 ut patriā reuiseret hoc maxime tempore: qđ feriatum est ut post expleta solationis offitia atq3 complexus reuertat ad pristinas musas recolendas, solét id genus remissiones animorū et relaxationes studiorū esse deinstrumēta et incitabula nō mediocria ad studia repetenda: sta uiuidiores alacrioresq3 reuētim ad litteras, sta maior fit post ocia uirtus: quę si cōmenter sine laxamēto exerceatur facit animos fatiscere atq3 lentescer: spero spondeo recipio, Martinū tuū meum nostrū exuisse iā ocium scoriā atq3 squalorē et siqd supereſt rubiginis intra annuum tempus detersurū, iā plurimū profecit in litteris, iā emunctus iā eruditus est sed si adhuc annū uel biennū impendēre uoluerit

culturę literarię / fiet haud dubie consumatus et ex omni parte
expolitus dedolatusq3 / plus ualet mistudijs nouissimus annus
quã sex priores / plus me iuuat impresentia unus dies quam
olim unus mensis / letare itaq3 te tale habere amicum q posit
et tibi et patrię esse honestamento / tu dignus illo / ille te non
indignus qui te instar numinis et amat et ueneratur / q mihi
ob multa et iprimis ob probitatẽ uirtutẽq3 est carissimus /
cuius studia pro uiribus fouebo / Iuuabo / illustrabo : qd
reliquũ est mei omnes ipendio tẽ salutãt / Ego tantũ tuus
sũ quã qui maxie mamoris amicitięq3 cultura sũ Martino pro-
ximus / Cõmentarij insurtonium quos quottidie cudo itra
duos menses absoluentur / ubi erũt impressi ad te ibũt / exi-
stimo tibi tuiq3 similibꝰ nõ ingratos futuros / primitias
horti mei imprimis degustabis / quicquid ex officina mra
prometur uolo / ut semp istuc statim deferatur / dabo
operã ne mutilia et triuialia cudãtur / tu uale et me
absentẽ absens dilige / amaq3 mutuiter.

6

Hermolao Barbaro.

Reddite sunt mihi literę tuę Cum castigationibus Plinianis remuneratione prorsus aurea et Glauci armis cõparanda. náqꝫ profereis uel potius prosternis coreis mercibus remisisti merces preciosissimas, et omnis penitus concinitates redolentes, pro triuialibus et protritis reconditas et illibata pro ceni graueolentia unguenti suaueolentiá. Nihil istic ad me mitti poterat Amabilius optatiusqꝫ: quo circa tibi gratias uberes ago et habeo, debent studiosi Pliniane eruditionis Hermolao barbaro: quę lux altera est bonarũ doctrinarũ. Debent et plinii manes Pliniani ueluti reformatori, restitutoriqꝫ operis interpolati deformatiqꝫ, iam lectio Plinia na fiet amenior et uenustior, iam cõplusculi hoc barbari illectamento minime barbarico muiati

Sitienter et cupide accedent ad Plinii perlegendum
a cuius lectione prius ueluti resiliebat, gratulor se =
culo nostro quo talia ingeniorū culmina exurgūt,
ita ut altius extolli uix queant: macti ingenia
et rerū naturę capaces sunto: quibus dexter deus
et faustū sidus affulsit: amicitię inter absentes lex
et munus exposcit: ut litere ultro citroqz discurrāt
ut colloquia per epistolas ferantur ut sēmocina //
tiones atramēto scriptorio peragantur: legi obtēpe //
rabo, faciā qd debeo, scribā rescribā, prout mui //
tabit occasio. Iam discusso silentio pythagoris-
sare non decet, iā te officiosius inuisā ac salutabo
per literas q̄ antehac factitauerim: te enī unum
plurimi facio, qd uel faciā multa me hortantur:
Sed cūprimis affabilitas et eruditio: quibū ignuiter

exornaris habes multos hinc & inde amicos sed
Philippo sinceriores pauciſsimos, si quid est mmẽ
siquid hic : quod desideres desiderio tuo faciã.
satis : scio te esse negotijs distentũ / ideoqꝫ te pe=
tere nõ audeo ut ad me scribas : nisi cũ fueris
occioſior / qd si uix datur ociari scribe uel ne=
gotioſiſsimus / sisqꝫ memor ueteris prouerbij mu=
tũ mulli scabunt Vale uir clariſsime / et me ab=
sentẽ absens dilige et nostrum foue ueterẽ amorẽ.

Grapaldo Parmensi.

Gaudeo siquid ame scriptũ est qd tibi satisfaciat:
letor interpretationes meas tibi nõ sordescere : hoc
uero mihi iucundissimũ est : qd me tãqꝫ Aristar=
cũ et Poetarũ interpretem consulere cepisti : nã
et si mme non agnosco esse tanta eruditionem:
quã tu mihi atribuis nec eas laudationes mẽmreri:

quibus tu me cumulasti / tamen libentissime' petitioib9
tuis respondebo : Jta enī ingenium uegetabit / torpor
atq3 ueternus ex animo exterminabitur : Jta musa
nostra excitabitur / memoria excercebitur / Jta lite
rarum nostrarū periculū fiet / et nascenti amiticię
feciſse satis iudicabor : Accipe itaq3 quid sentiamus
super Plautino uersiculo / cuius ame enārationem
afflagitasti / insani et furiosi antiquitus purgabantur:
ut post purgationē pristinā sanitatē recuperarent:
purgatio uero multiplex erat : nā alīi anticyram
mittebantur ut eleborū sumerent : qd ut auctor est
Plinius medeturinsanientibus unde dixit Oratius de
insano loquens nauiget anticyrā / et alibi si trib9
anticyris caput insanabile / et meandē sententia
scripsit Persius / Anticyras melior sorbere mera
cas / et alibi / non est hic ilias accipebria ueratro /
hoc est holleboro / qd Jtalia ueratrū uocat / ut
docet Plinius m. 25 . Alīi uero insanientes ex
piabantur facto sacrificio : inquo porcelli lactētes

adhibebantur: qui ob hoc ſacri dicebantur / ut
auctor eſt. M. uarro libro ſecundo de re ruſtica:
Vnde dixit plautus in menechimis: cú de eo q
puiabatur inſanus loqueretur: quibus precijs porci
uenúũt ſacres ſinceri: numú accipe ame iube te
piari de mea pecunia; alię erát purgationes: de qb⁹
impreſentia ſcribere ſuperſedeo / ut pote ad ré noſtrá
nihil pertinentibus: Plautus igitur in amphitryoe
uolens oſtendér alcumená iudicari inſaná a ſoſia:
eũ inducit hec uerba dicentẽ: queſo quin tu iſtác
iubes pro cerrita circúferri: ideſt quin iubes o am
phitrio uxorẽ tuã tãq̃ inſanã purgari / ut ad pri
ſtinã ſanitatẽ reuertatur: nã cerriti dicti ſũt furiosi /
ut feſtus et Seruius tradiderút adea Cerere: quẽad
modú eñ lymphatos antiqui núcupauerút eos fu
rioſos / qui uiderãt effigiẽ lymphę hoc eſt nymphę /
qui alio nomine ut inqt Varro appellantur / ita ce nympholepti
rritos nominarũt homines moti capitis et ínſanos:
quaſi Cereris furore percuſos: Cũ Ceres eadem

sit: que et magna mater: cuius sacerdotes galli
phanatici cognominãtur quor est iactatio ĩsana
mẽbrorũ: ut eleganter refert diuus Augustinus
in. vii. de ciuitate dei. Circũferre uero signi-
ficat purgare ut docet Seruius enarrãs illud
Virgilianũ: idẽ ter socios pura circuntulit unda/
unde alibi a Plauto dictum est: pro larnato te
circunferã: qd tandẽ ferme ualet quantũ illud
procerita circũferri: plura scribere ad interpre-
tationẽ plautine sententię/ nisi existimare hec
esse satis et super: quę si tibi non satisfecerint
rescribito/ nã enitar pro uirili portione enãrare
ad amussi dicta plautina: siquid est apud scri-
ptores latine lingue: tã poetas q̃ historicos et
Oratores/ qd tibi sub obscurũ et interpretatio-
ne indigens esse uideatur/ consulito me queso: for-
tassis tibi litere nostre non uidebuntur esse tri-
uiales neq3 pro tritę. neq3 proculcatę/ et nos eru
manũ. ferulę subduximus et nos literas illas

interiores aliquando didicimus : quas ignorat pro-
festú uulgus atq3 prophanú / tu facito periculú : qcqd
eñ in re literaria nostrú pollet ingeniú id tibi offero
atq3 polliceor : Vale et me absenté absens dilige.

Ad Angelum Cospum.

§ etis ame uel potius amicus tuus per te petit : quid
significet apd Ciceroné Sisaponé / ut breuiter res-
pondea : scito Sisaponé oppidú esse hyspanie aq̃ mi-
niariria sisaponensia dicta sunt / hoc est minij
metalla : quorú meminit Plinius in .xxxiii. et nos
apud Iuuenalé uersú illú ita legere consueuimus:
parte alia solú rus sisapone lacertę : quamuis iterptes
omnes aliter legant et aliter interpretantur : discobolos
uero significat disci iaculatoré dictio cõposita est
ex disco et βαλλω, qd significat iacio : in discobolo
formando laudé maximã consecutus est miron : fecit
eñ hominé discú iaculantę corpore distorto : ut ha-
bitus et effigies cõtorquentis discú exprimeret : nõ
legimus apud Ciceroné muerré / nominari sororis

Embolia / sed moratione pro sestio / ita scriptū est
animaduertimus / qui omnia sororis Emboliano /
uit / sunt autē Embolia actiones argumenta et
gestus histrionici / unde a / plinio ualeria copiola:
que mima erat cognominatur Emboliaria / et Cicero
inceſsens clodiū illū criminatur: qd omnia adrē
ludicrā pertinentia optime percalleret: et cuncta
sororis noscet Embolia: hoc est gesticulationes
mimicas / quibus soror erat infamis: qd uero at=
tinet ad factionē lucij opimij / scito lucium opimiū
apud populū a quintodecio. tri. plebis accusatum
fuisse: qd mdēnatos ciues incarcerē conecisset /
quando scilicet. C. gracchū et fuluiū flaccū sedi=
ciosos homines interemit: nā post illud factum
iudicibus quos Cicero moratione pro plancio
non iudices sed paricidas patrię dicit esse no=
minandos / e ciuitate eiectus fuit: et tunc opimij
factiones cū Romę tumultuarētur propter eiectū
opimiū a Caio metello trucidatę sūt: satis supq3

ut opinor respondisse uideor ad ea quę quesiuisti:
cū tamen si occiosus essē potuissē copiosius et ele=
gantius singula explicare: quę nūc pro ut potui
explicare contendi. uale mi Angele et me ama,
ex hoc cognoscere potes me esse occupatissimu
cū nō mea sed amici manu scriptū istud anno=
tauerim.

Longo interuallo ad te rescribo propterea quod pximis
diebus iter feci Florentiā usq3: ubi homines offendi
studijs literarū florentissimos: quor literatissima
consuetudo me imprimis delectauit ac amenauit:
iuuat uiros uidisse litteratos, iuuat cum illis
contendisse de literis: que haud dubie una est
honestissima contentio, nūc petitionibus tuis
respondebo, et illi imprimis: poculaq3 mūetis
acheloia miscuit uuis, poeta appellat pocula, a=
cheloia cū aquam intelligere uelit ab Acheloo
fluuio ōibus notissimo: sed cur potius inquies

Aquā p pocula Acheloia mtelligi apd Virg^{m}.

ab acheloo fluuio nominat q̃ ab alijs fluminibus
causam accipe: prisci illi quorũ nos uestigia emu-
lamur multa simbolice declarabant, uerbi causa
uolentes aque marine uirtutes ostendẽ neptunum
appellabant, et ignis uirtutẽ Vulcanũ nũcupabãt
prepterea occeani sýmbolũ thetis dicebatur: Ita
et aquæ quã bibimus uirtus nuncupebatur ache-
lous; ut luculente tradit Eusebius, impreparatiõe
Euangelica: quin etiã ut facundissime docet ma-
crobius antiquissimi greci acheloũ pro quauis
aqua ponebant et achelous cõmune omnis aque
nomen habebatur: causam refert probus grama-
ticus: qd̃ uidelicet hic primus fluuiorum fluxit
in Grecia, hinc Virgilius acheloũ amnẽ potissi
mũ nominauit cũ aquã intelligere uellet: illud
uero ignotũ argenti pondus et Auri: adeo mihi
manifestũ esse uidetur ut nulla indigeat interp̃-
tatione, uult eñ demonstrare Poeta thesauros
fuisse reconditos: qui ignorabantur ab omnibꝫ:
ut pote intra uiscera terre repositi nõ opus est
ut Seruij interpretationẽ alia interpretatione

interpretemur, talia enim haud equidé pono in magno discrimine. Reliquú est ut me mutuum ames: et amicitiá nascentẽ foueas, fouebis eń si ad nos crebras epistolas mssitaueris. Vale.

Ioanni Pico Mirandule.

Nihil antiquius est nihilq3 iucundius: q̃ eorum hominú mire beniuolentiá qui ingenio pollent, facundia prestát et multiugis disciplinis decorát̃: quo innumero tu potissimú collocari mereris qui polystor idest multiscius es: qui excellenti tua uirtute effecisti: ut apud presentes sis uenerabilis: apud absentes desiderabilis: Cuius mores ingenios florentini diligút, humanitaté amplexantur, multiplicé doctrinã admiratione prosequúntur: fauco seculo nostro, gratulor huic ætati: quæ peculiari nitore iuuenescit: Et ingeniorú fæcunditate splendescit: gaudeo literas literatas, et ingenuas disciplinas hac potissimú tempestate emergere cepisse: quę ante hac ingurgustijs delituerũt,

núc ingenia excellentissima se promút et ostentát,
núc eruditissimi conspiciútur, núc latina lingua
floresçit: cuius cũ multi sint antistites uenerádi:
tu unus imprimis excellys: qui ueneratione digni-
ssimus es: quẽ ego ante hac incepi amare q̃
nosce: quẽ absentẽ absens diligo et ueneror:
cuius singulari eruditioni sum mancipatus
et addictus: primus pulsaui amicitiarú fores:
quas rogo apire digneris, et nouũ hospitem
hospitalitate accipere: nec me qđ tibi sim no-
uus recuses et ut inquit Epigramatarius poeta
inspice an possim fieri uetus sodalis: nõ erit
fortasse amicitia nostra penitenda, uirtutis
tuę fama est uis, ut ad eã amandã alliciam:
illa mihi stimulus, illa calcar: illa incita-
bulũ fuit ad has litteras exarandas, Cupio
te uisere, alloqui, amplexari: Sed quoniã
interuallo locorũ disiuncti sumus, pro me
litterę loquantur: te ~~in~~literissimũ ac salu-
tabo, literę inter nos erũt internuncię:
Noli queso nos homunculos fastidire: nolj

caperata fronte et subducto supercilio epistolas
nostras inspicere, humanitatis professor: hūanꝫ
esto. Quid enim aliud est humanitas q̄ eru-
ditio institutioq; inbonas artes: quas ut scri-
bit luculente Gelius: qui sinceriter cupiūt
appetūtq;, hi sūt uel maxime humanissimj:
sed quid memorē moneo: quid addo calca-
ria sponte cūrenti. Rumor est te omniū morta-
lium esse humanissimū: quia omniū es doctis-
simus: te mansuetūdine mosayca esse decoratū:
te omnibus cū bonis esse cultissimū: merito tu
felix et beatus dicipotes, cuius fortunę uirtus
coniuncta est: qui cū bonis corporeis et externis
bona animi habes copulata: quæ ut inquit
Plato diuinitus, prima sunt et maximæ ho-
noranda: Ego illud tuū offitiū literatū cūc-
torum negotijs antepono: Ego pluris facerē
unā istic tecū ambulacriuncula q̄ Cresi, mideq;
diuitias luculentas: qd em̄ splendidius quid-

Generosius / quid prestabilius / diuite literato:
q̃to quisq3 nobilior est: quãto diuitior: tanto
magis debet mansuectiores musas expetere:
nam diues indoctus similis est oui aureum
uelus habenti / ut Cynicus Diogenes dictitabat/
et ut facundissime scribit Seneca / Ociũ sine
literis mors / et uiui hominis sepultura, laudo
consiliũ tuũ / laudo uitã quã elegisti: que
medius fidius beatissima est: remota ane-
gocijs tumultuosis: et ab urbano strepitu #
sequestrata: quieta / tranquilla / otiosa / et
illarũ exps curarũ quæ animũ fodicãt lamãt /
atq3 conuellũt: quibus urgentibus honores
ambimus / opibus inhiamus / et inter spẽ me-
tumq3 fluctuamus: hũc est qđ animis mor
talium iugis est et quotidiana discordia: nũq̃
idẽ semper uolumus / nec sumus contenti hoc
Catone- ut est inueteri Adagio: nullũ me her-
cle fretũ tam undabundũ est / nulli fluctus
tam instabiles: q̃ mobilis est animus hũang:
q quot cupiditatibus: tot subinde erũnis distra-

bitur : nec beata uita frui pót : q́ mliteris / (ut au-
tumo) tranquillitateq; consistit / tua merito uita bta
nuncupari pót / quę tranqllissima est et literatissia :
quę inter libros sine interpellatore uersatur : qui
ut inquit Hieronymus sunt animi pabulú uiuis /
mliteris frueris contubernio eruditorũ / habes iter
intimos amicos Policianú Grecę latineq; linguę
scientissimú : quẽ amo et obseruo : quẽ olim teq;
ipsum uisitabo / ambos presentes alloquar / et cũ
utroq; sermocinabor : iterea te etiá atq; etiá rogo
ut me Policiano cómendes : quẽ sua cunctis doctria
cõmendat : ꝑterea cũ iam appetat saturnalia :
quibus xenia ꝛ apophoreta ultro citroq; átiqtus
mittebantur : misso ad te pro munusculo uersiculos :
quos feriatus lusi / ut Saturnalibus optimis dierũ /
ut ait Catullus / talia legendo male colloces bonas
horas : et habeas quod rideas / qdq; subsames / nã
uersus nostri sunt mere nugę : et que rideri perito
possunt / stultitia est noctuã athenas mittere &

mſilua lignā defferre : inscipientia eſt Triptolemo
fruges et alcinoo poma largiri : Carmina uero
literatissimo mittere : ideſt ſūmę plane demētię
et ego haud dubie dementiſſimus forem / si adte
uersiculos tamq; rem egregiā deſtimarē / uerum
ſcito munuſcula noſtra hamata atq; uiscata :
nā puſilis minutisq; muneribus / magna et
precioſa munera aucupantur / Cupio enim
exte aliquid extorquere te dignū, ſignum tua doctrinā
multiformi : dignū proſteritate : terſū, limatū :
luculentū : cupio ut munuſculū meū precioso
munerē expungas, cupio ut me cū fœnorē remu-
nereris / Cupio pro nugis accipere ſeria / pro tri-
vialibus recondita : pro Eraticis et Amatorijs,
myſtica et sacroſancta : Si inscribendo fui pro-
lixior q̄ epiſtolicus character expoſtulet dabis
uenię meę loquacitati / Cuius fuit causa
beniuolentia qua te prosequor / atq; cōplector:
et ut ate longas permitte epiſtolas extorquerē :

14

quibus queſo ne mihi obſtrudes / nihil enim inhumanius
eſt q̄ non respondere in amore his a quibus prouo-
ceris / rescribe queso ad Philippū tuū : qui ſe tāti
facit quāti Cicero / Catonem / Antimachus / Plato-
nem faciebant / siquid muerſiculis noſtris tibi ui-
debitur dignū obelisco : Calamo ne parcas et qd
notā merebitur / nota afficito / nā ita multa ī meis
magis tibi placuiſse exiſtimabo / si quedā displicuis
se cognouero / Vale decus literarū / et amicū dilige
qui se tibi cōmendat dicat ac tradit .

Regulo Rosensi .

VEnit iſtuc cū clariſsimo fratre tuo . D . Enricus
nō minus bene moratus q̄ bene literatus : qui fa-
miliariſsime uixit in contubernio : D . Vldrici et
meius domicilio biduo q̄ diſcederit ſumpsit doc-
toratus insignia / uir eſt plane amabilis et dign⁹
principū amicitia : eū tuę dominationi ita com-
mendo / ut maiorē ī modū cōmendare nō possī :
placebūt tibi eius mores / et eruditio nō uulgaris /

cómendo preterea tuę benignitati Vincentiũ meũ:
qui comes eſt atq3 miniſter germani tui: q mihi
multos annos inſeruiuit placet imprimis et dili
gitur a D. Vldrico, ſpero qđ placebit et diligetur
abſte quoq3, ego amicitiã: Cuius fundamenta
iacta ſunt, nõ minus diligenter colã cũ domi
natione tua, q̃ cũ frẽ tuo coluerim, quotiens
dabitur occaſio ſcribendi, nõ porcã Calamo,
ſcriptorio, uicissitudo enĩ literarũ unicũ eſt
et equidẽ firmissimũ uinculũ beniuolentię,
inter abſentes cuſtodiendę: Valeat D. t.
cui me maximopere cõmendo.

Decurię ſcribarũ Ducaliũ.

Si ſtudetis bene eſt ego ſtudeo: quæ mediȳ fidiȳ
uera eſt hominis ualetudo, Plato diuinus
diuinitus monet in Alcibiade optima àdijsĩ
mortalibus eſſe petenda, Lacedemonij pulchra
cũ bonis precabantur: Seneca cũ bona ua
letudine bonã mentem rogari iubet: cui aſti
pulatur poeta

pulatur poeta Satyricus illo uersiculo, orandū
est, ut sit mens sana incorpore sano, Horatij
uotū est, ut sit bona librorū et prouisę frugis
in annū copia, Epigramaticus poeta desiderat
cū sono noctes, sine litibus dies: Catullus so-
lutis curis nihil beatius esse arbitratur, man-
tuani uero uatis eximiū uotū est, ut dulcibus
musis erudiatur: nos autē preter hec omnia, quę
sunt optima et optanda, omnipotentissimū ultra
mundanū deū deprecabundi oremus, ut pestilē-
tiam auerūcet et amoliatur: quo morbo nihil mor-
bosius, qua pernicie nihil perniciosius excogitari
potest: hæc enī lues gelicidia regelat, frigentia
uaporat, robusta conuellit, firma subneruat:
et cuncta serpente contagione prosternit, hoc im-
primis terrimū malū uotis propulsemus, obhoc
eliminandū deorū aures precibus fatigemus: tē-
pla colamus, aras thure uaporemus, hoc omniū
mortaliū potissimū uotū sit, et peculiariter medio

lanensiú : quorú urbes et agros proxímo anno
pestilentia populabunda corripuit : uexauit, af-
flixit : quorũ sorte miserabile nemo non bonꝰ
miseratus est : et ego imprimis maximo mœrór
affectus sum propter uestras erúnosas calamita
tes acerbissimasqꝫ iacturas : potest impotens illa
pestilentia : quæ istic furibunda bacchatur, cõ-
parari maroniamꝫ illi pestilentiæ : quã cothur-
natus ille poeta luculentissimis uersibꝰ i georgicis
descripsit : Non uidetur hęc uestra fuisse minor
illa quã Lucretius facundissime cõploraúit : quo-
tiens strages, excidia, mortes innumeras : uirorꝫ
municipũ qui agminatim efferebantur, audiebã,
dolore conficiebar, et subinde relegebã pestilẽ-
tiã illã apud thucydidẽ elegantissime cõscriptã,
quæ imbello peloponessiaco attica regionẽ est
depopulata, recordabar illius pestilentiæ Dauiticæ,
quæ intra triduú expopulo israelitico .LXX. mil-
lia uirorꝫ leto dedit, Subibat mentẽ dira illa

lues Ouidiana, quę egimetas deduxit admter-
necionē, uerū deinde me ipsū consolabor illo uersu
Virgiliano: Dabit deus his quoq; finē, quēadmo-
dū enim dolor grauis brevis est ut inqt Epicurꝰ:
ita pestilentia nō potest esse diuturna, quę siue
ira deū, siue intemperie cęli, aut noxio terrę ha-
litu, ut corruptis aquis, uel uictus mutatione
uel contagione oriatur. Debet aliqn lassescere,
et exertū habere mucronē, proinde uiri circū-
spectissimi, durate et uosmet rebus seruate
secundis, forsā et hęc olim meminisse iuuabit:
suauis est enim, ut inqt Euripides: preteritorꝫ
laborū memoria, cogitate uitā mortaliū erum-
nosam esse et flebilem, et quēadmodū amor
melle et felle conditus est: ita nobis uita data
est uoluptatibus męroribusq; conglutinata, capi-
mus enī ut ait luculente Plautus uoluptates, ca-
pimus rursus miserias, uoluptati comes est męror:
sicut rosę spina copulata est, et lucro labor adnexꝰ,

Sed merores anteuortũt gaudijs: nec leticia; ut
scribit Plinius, prope diuinitus, ullo minimo
merore penſanda eſt / et que preclara et proſpa
tanti ut rebus lętis par ſit menſura malorum:
nemo mortaliũ merito felix dici poteſt / fortuna
cũ illo ſatis indulgenter agit / qui inter ĩfelices
non eſt numerandus / diſcamus itaq; mortales /
ferre mortalia / & qđcunq; uitę ſupererit / id
omne conſumamus in literis: quibus ānus alitur /
qđ pabulũ mentes noſtras opimat / qđ preſentis-
simũ eſt remediũ contra ictus et uulnera fortũe:
Nulla eſt medius / fidius uiri preſtantiſsimi uolu-
ptas / que non aſsidue ſui faſtidiũ pariat preter
uoluptatẽ litterarũ / quarũ ardor, ut inqt diuus
Hieronymus, nulla prorſus ætate reſtinguitur /
ĩmo ipsa magis ętate inflamatur / faciamus qđ
solon / ſeneſcentes quotidie aliquid diſcamus /
faciamus qđ Auguſtinus qui tanto literarum
amore flagrabat / ut ab anniculo ſeparatũ dicat

edoceri / tã diu discamus q̃ diu nescimus: ĩmo
q̃ diu uiuimus / hec est enim uera uita / et ãq̃ctꝰ
expetenda / illi uero q ignaui inglorij / illiterati
uitã longã transegerũt / nõ mihi uidentur diu
uixisse / sed diu fuisse / literatorũ dies unus me
hercule anteponendus est illiteratorũ uitę diu
turnę / pluris est unus eruditus faciendus / q̃
sexcenta millia imeruditorę / literę animos inrebꝰ
aduersis fouent ac consolantur / in rebus secundis
ornant ac extollũt / necessarię iuuenibus / utiles
senibus / quę cũ omnes mortales decent / tũ scri-
bis maxime conueniũt / et his q ãcomentarijs
eleganti uocabulo nuncupantur / nã tales uitã
agunt inter calamos et cartas / et omne eorũ nego-
tium inscribendo uersatur / scribe ergo / et a cõmẽ-
tarijs / ut optime scribant / iugiter legãt / dies no-
ctesq; impendãt scriptoribus luculentis / quorũ
lectio quotidiana suppellectilẽ uerborũ optimorꝫ
copiosissimam suppeditabit / efficietq; ut facilius

luculentius q3 ſcribatur, qcquid lectione collectū
eſt, id omne aſtilo, qui eſt opifex dicēdi optimꝰ,
incorpus redigendū, lectioni ſtilus: lectio ſtilo
ſuccedat, uos qui eſtis ſcribe, imo ut uerius
loquar archigrámatei hoc eſt principes scribarꝝ
elaborare debetis, ut epiſtolę ueſtre ſint terſę,
emunctę, literatę, ut nihil barbarū, nihil obſcenū,
inofficina ueſtra procudatur, nihil inſulſum
et ineptū iſtinc depromatur, Sed ego ineptior:
qui hęc ſuadeā nō ſolum uiris preſtantiſſimis,
ſed etiā ſcribis perfectiſſimis hoc eſt doctiſſis
et elegantiſſimis, ſtultus ego q3 ſus ut aiūt
mineruam, docere uelim, et literatos ipē litera-
tor inſtituā, nolui ſcribę doctiſſimi addere
calcaria ſponte currentibus, et incitatos magis
inſtigare, hoc quicqd attigi, nō feci inſoleter
ſed amanter, ſed officiose, ſed cauſa amoris
erga uos mei teſtificandi, ſcitote enī me uobis
omnibus animo eſſe copulatum, quis ſim-

corpore disiũctus / ſcitote me decurię ueſtrę eſſe
addictũ ac mancipatũ / quos omnis cupio iam
pridẽ et geſtio uiſere et reuerenter ſalutare / pſto
ſor auidissime diẽ illũ / quo feriatus àpublicis
lectionibus possim iſtuc conuolare / et ueſtra
omniũ conſuetudinẽ frui / tunc uobis uoletibꝫ
literulas meas illudendas irridendasqꝫ depromã
ut poſt lectiones preceptoris mei luculentas et eru
ditas meptias diſcipuli cognoſcatis / ut poſt excel
lentiſsimũ lectorẽ / inſulsũ rabulam audiatis: poſt
ueteranũ et emeritũ / tyrunculũ et rudẽ explore
tis / ſed quẽadmodũ poſt dulciora cibaria ſtoma
chus auſterioribus delectatur / ita poſt mellita
poetę ientacula / animus ueſter meis ſubamaris
edulijs excitabitur / et tunc ad amuſsim utriusqꝫ
penſitata literatura iudicabitis / qto magris di
ſcipuli ſint deteriores / Valete uiri probatissimi /
et Philippũ ueſtrũ qui uos amat ac uenerat̃ur /
mutuo diligite, et ſi moleſtum non eſt reſcribite

queso, et me poetę uestro ímo nostro etiã atqꝫ etiã cõmendare: Datum Bon. idibꝰ Aprilis. 1486.

Ladislao Varribergensi.

SAlue mi Compr̃ et discipulę dilectissime, si uales bene est nos ualemus, Comater tua et Amilia et frẽs et D. Hernestus contubernalis meus, deniqꝫ tota familia te plurimũ salutant, tibiqꝫ se ualde cõmendãt hoc idẽ, a, me fit: miumxi Vincentio ut si cõmodo fieri poterit tecũ colloquatur; uerũ quicqd erit, unũ hoc te rogo et obsecro mi Cõpater, ut illos trigmta Aureos ad me impṫia per Vincentiũ mittere uelis: qm̃ sũ inanis et exhaustus: dũ proximo Anno mercatus sum possessionẽ Aureis octingentis, quod felix sit et fortunatũ, proinde facito queso, ut fiam uoti compos, ut ad me per Vincentiũ ea pecunia deferatur, sum tibi plurimũ pro hoc bñficio debiturus, non secus ac si donares ex tuo: Necessitas coqit me esse ímodicũ, ímodicúqꝫ

flagitatorem, Res tuæ omnes fideliter custodi
untur ex nutu tuo ad te ibú, Mi D. Ladislae
nouite probiss^m liberalissimúq3 impríia queso
sis memor mei, sicut ego ero semper memor tui,
amicitiam et necessitudinẽ colá tecũ et cũ fami-
lia tua perẽmiter: faciamq3 semper libentissiẽ
quicqd per me fieri poterit uobis cõducibile:
uolo qđ inchoata fraternitas semper uigeat
floreatq3: composui nuper libellũ de Terremotu,
quo Ciuitas nostra concussa est sicut ex Vinc°.
noscere poteris, cuius tu quoq3 fies particeps
cũ exibit impressꝰ ex officina nostri Benĕdicti
bibliopolę: expecto Vincentiũ onustũ pecunia,
que spes ne. me fallat te etiã atq3 etiã rogo:
Vale mi fr et nouercã æquo animo feras, et
iucunde uiuas, et nos mutuo ames, M.D.V.

Ioanni Vartibergensi.

VEnerabilis Compater et Honorã^r discipule salue.
Ex Vincentio nostro, qui coram te allogtur ⁋

intelliges quo instatu sit res nostrę et quéadmodũ
hac hyeme maximi terremotus urbem nostram
tremore horrifico concusserũt, superqua re-
composui libellũ, qui iamiá imprimetur, et
impressꝰ adte statim euolabit: uita mihi duci-
tur legendo, scribendo, studendo inter pagi-
nas et Calamos. Honoratior paulo sum ut
pote factus Archigrámateus idest primarius
secretarius nostri senatus, fungor utroq3 offi-
tio cómodissime et professoris et secretarij: scri-
bo interdum literas illiteratas ex ritu ĩstitutoq3
cancellariorũ: mox ad literas literatas reuertor,
quarum pabulo sustentor et reficior, teq3 hortor
mi compater ut tu quoq3 frequens sis instudijs
percolendis, quæ cũ omnes mortales tũ pcipue
decẽt sacerdotẽ, Comater et tota mea familia
tibi se plurimũ cómendát: quod reliquum
est per amicitiã, per fidem, per deum oro et
obsecro mi Compater, ut Aurei illi triginta

quos debet fr̃ ad me per Vincentiũ transmittatur:
quos non peterem nisi cogeret necessitas illa que
iampridem cogebat, uidelicet fundi empti Aureis
Octingentis pro qua emptione persoluenda cogor
emendicare pecuniã, Nihil hoc tempore a uobis
optatius accipere possũ: uolo utriq3 pro hac pecũia
non minus debere, q̃ si eam donaretis: efficeq̃so
mi Compr̃, ne Vincentius manus reuertatur, mẽ
fides fluxa et spes irrita sit, Non soleo esse ĩprobꝰ
efflagitator sed uis et necessitas impresẽtia cogũt:
habeo persuasissimũ, quando à uobis peterem
pecuniam mutuateq̃, uos hilari fronte mutua
esse daturos, Nam et ego desideriis uestris ac
petitionibus semper sum pro uirili parte futurꝰ
presto: hoc exigit amicitia et consuetudo qua
inter nos sumus copulati: ut ultro citroq3 uicissim
feramus alteri alteris suppetias salutares: mi
Compr̃ iampridem sum tuus et fratris tui, eroq3
dum spiritus hos reget artus: Ego tibi me et

fratri maiorē immodū cōmendo, rogoq3 efficiatis:
ut Vincentius noster literis et nūmis suffar-
cinatus ad nos redeat; Interea Valete et Com-
prēm ac preceptorem mutuo diligite.

Hieronymo Secretario dux Saxoniæ.

SAluē uir elegantissime multas multorum ex-
Germania epistolas accepi sed nullius ele-
gantiores mundioresq3 q̄ Hieronymi, quido-
latorio latinitatis leuigatę et doctrinę rastris
eruderatus, agit secretariū omnibus numeris
absolutū: Tuę literę mi Hieronyme oppido
q̄ literatę subiecerūt calcaria sponte curreti,
meq3 magis ac magis exstimularūt ad contu-
bernalē meū hernestū molliter fouendū dili-
gentius instruendū, ardentius diligendū: qui
tamen mihi iampridē tam charus est q̄3 qui
maxime quē perinde ac filiū paterna cha-
ritate complector: Cui tamq̄3 peculiari disci-
pulo preceptor ac formator peculiaris adsisto;

Sic enim adolescentuli mores defeccati: sic ídoles
ingenij, sic probitas, sic ingenuitas pudoris ple-
na, et modestia meretur, proinde te queso, ut
clarissimo parenti meo nomine denunties: ne
de filij Hernesti moribus ac institutione sollicitꝰ
sit, habeatq3 pro comperto cũ domi meę haud
secus q3 filium meũ tractari, foueri, deamari,
spero equidem intra paucos annos remigraturũ
ad genitales terras ex omni parte cultissimum
adeo ut omnes dicturi sint neq3 operæ, neq3 impẽ-
sæ neq3 pecuniæ apud me factã esse iacturã: tu
q3 tua comitas facilitasq3 est me quoq3 una cũ
Hernesto amabilissimo Cõmendabis clariss°.
genitori, adquẽ iampridem literas dedi, dare
q3 subinde, ni uerer offendere hominẽ nõ tam
rei literariæ q3 negocijs principalibus operã
impendentẽ: quod scribis uisendi mei audiẽ-
diq3 desiderio te uehementer impelli, satis me
uidebis et audies si libellos meos epistolasq3

perlegeris, inquibus absens loquor, inquibus mens mea et animus qui est uerus Philippj Beroaldj, ita patet, ita conuisitur, ut uulte mspeculo, et qa te sitiente mee quantulacuq3 est eruditionis esse conspicio, mitto ad te Libellu nuperime formatu, procusumq3 sub meude mra tratoria, materiam opusculi et argumentu cognosces ex titulo, qd rogo lectites, lecturiasq3, Vale tme, ut cœpisti ama, Datu Bonon. idibus Maij. M. D. V.

Archiepiscopo Colocensi.

Rme ac Doctissime Archiepiscope, salue, Cum ociarer domi. KL. Iunij pnonij tui mei mri ad me uenerut cu literis tuis quibus euestigio perlectis recordatus su prouerbij greci agha - tohn Thalassa idest bonoru mare, quod cu dicatur de his inquibus est affatim bonorum de te dici meritissmo potest inquo bona multi iuga exuberant, inquo animi et fortune dotes

cumulatē conspiciuntur : ex quo facundię mare
largiſsimū emanat , scribis ut qui eloquētiss.
Amas ut qui uerīſsime , impellis ut qui effica-
ciſsime dici nō potest quā me iuuet scriptio tua ,
Epistolicusq3 character ab omni barbarica fe-
ditate purgatissimus ; in quo uerborū optimorū
splendor elucet , una cū ſententiarū luminib9,
ſed ne par pari uidear rependere , neue cōmis
sī ueteri prouerbio , quo dicitur mutuū mulli
ſcabūt , reprimā uirtutis tuę preconiū , et eplę
tuę elegantiſsimę reſcribā , Cōmentarij Apu-
leiani iam imprmūt , quotidie pagīas impſsas
recognoſco ut opus fiat q3 emendatiſsimū , dum
neſcio manū tollere de tabula , quod Apelles dā-
nat , exuberauerūt inter manus incremento nō
modico , sed magnitudo uoluminis uarietate
rerum condita faſtidiū abſtergebit , aut amor
ſuſcepti operis me fallit , aut hij cōmentarij si
qui unq3 facient ad ſtomachū bonorū nā malos

maleuolosq3 nihil moror, si lentitudiné im-
preſſoris, tollere et clauſtra cunctationis
refrmgere posse, mtra exquimenſem abſo-
luti impreſſiq3 mpublicū uolitaret, et ad-
te ueluti prónū primú repente trásiliret,
uerū impreſſoris tarditatē equi boni facio,
dúmodo emendatius diligentiusq3 opus for-
mis excudatur, quod mduo uoluminū
milia transcriptú impressumq3 nomen-
tuú meúq3 latissime circunfērat, Diuus
Auguſtmſ dicere solebat sat cito fieri qcqd
fiat satis bene, excuſsor sat celeriter excu-
det si bene ꝛ diligenter excuſserit, pſtituta
eſt dies conſumationis intra ſolemnia diui
Michaellis, hęc hactenus, Michael páno-
nius Martini tui uicarius pueroꝝ custos
et magr diligentissimus, Et cū primum
tui nominis obseruantisſimus, me certi-
oré fecit quantopere cupereshre Plinium

illum multiſciũ ⁊ naturæ rerũ conſiliarium,
q̃ emendatiſſimũ, propterea q̃ ex mendis ſcatu-
rientibus factus ſit non ſolũ obſcuriſſimus, et
parũ cognobilis, uerũ etiã inuenuſtiſſimus, Pli-
nioq̃ diſſimilis, nũc ego diſtentus, qua publi-
cis lectionibus q.ª Apuleianorũ cõmẽtatorior̃
recognitione opus hoc preſtare non poſſũ, ſed
mox ubi cẽpero paulũ reſpirare feriatus polli-
ceor me deſyderio tuo facturũ ſatis, et ut me
collaudẽ, ſi quiſpiam eſt Plinianæ eruditiõis
uigilarũ cultor, eũ me eſse non ſolũ confiteor,
ſed libera uoce quoq̃ profiteor, nullus preterit
dies, quo nõ ego aliquid in Plinio legã, ille
mihi eſt magr̃ omniũ horarum, illud pabu-
lum quotidianũ, ad ſũma quod de .M. Tul-
lio Quintilianus memorat id ego de Plinio #
alacriter affirmo, ille ſe profeciſſe ſciat: cui
Plinius ualde placebit, miſiſſem adte decla-
mationem ioculatoriã, quã nuperime luſi,

nisi intellexissem iá adte istuc usq3 transmissā,
per eundē michaelē, quē tibi enixe comendo,
uir est studiosus et plane bonus, et imprimis
quod haud minimi pendere debes tuorū mā-
datorū obseruator uigilantissimus; legi tras
quas ad cognominem meū cyulanū dedisti
plenas amoris, plenas paternę charitatis,
elegantia uero doctrinaq3 refertissimas, sub-
didisti calcaria sponte currēti, et suapte spō-
te inflamatū incendisti: totus tuus est: te de-
amat ac ueneratur: dignus est quē tu foueas
habeasq3 insinu; puerorū patrociniū suscipiá
cum erit tempestiuū: si Neophitos Episcopus
ad nos uenerit dabimus operā ne hominē peni-
teat migrationis, Quod me' ingratia ponis apd
regem istosq3 dinastas est id mihi sane' oppido
q3 iucundū, Quod mei nominis meæq3 quatu-
lacunq3 est uirtutis buccinator es et pre eo be-
nefacis, ut qui te amaret, quos tu uicissim

amas, digni amiticia tua eé uideantur: quod
sititor æloquij nostri cuperes repuaréscere: et
inliteratoriú Gymnasiú redire posse: est idqui-
dem optabile', sed is qui per iniuriá somni-
culosi inertesq3 uitá ingloriá inhonoratá illi-
teratá traduxerút, tibi uero ne utiq3 expectédú,
qui omnes horas omnis dies bene' collocasti: q°
apud pamonios nemo est eruditor, nemo floré-
tior, nemo beatior, qui maiestaté Episcopalé
feditate' uitæ non polluis ut multi, sed erudic-
tione' et morú sanctitate' exornas ut pauci, quod
supereſt ultramundanú deú precor ut te, ut me diu-
tissime' incolumes seruet, ut amicitiá, cuius
fidelissima iacta sunt fundamentá, officijs
literarijs, quibus nulla uberiora sút, diutis-
sime' colere possimus, Valé et me' ut cepisti ama
mutuiter: Et opus tibi dicatú tempestiuiter ex-
pecta: Bonón, tertio nonas Junij. 1499.

Rme Archiepiscopo Colocensi.

ac doctissime dñe salue, ut breuiloquētiā
mepistola scribenda colā faciūt occupati-
ones multiūgę omnes tamen literarię, siqdē
lectionibus publicis distringor: quarꝝ quot-
tidiani Auditores sunt circiter tercenteni:
occupatū quoqꝫ occupāt priuatæ lectiones #
quarū sitientes sunt compluſculi principes scho-
lasticorū: adhęc quottidiana reuisitatio re-
cognitioqꝫ Apuleianorū Cōmentariorū horas
suas sibi uendicat: namqꝫ anteqꝫ impressor
formis excudat singulas pagimas syllabatī
pensito: ut opus fiat qꝫ emendatissimū: sin-
cerissimúqꝫ: Jamqꝫ Viginti amplius quater-
niones absoluti consumatiqꝫ sunt sub incude
impressoria.: hæc omnia acceruatī congesta
et citra cessationē quot diebus resurgentia
efficiūt ut uix sit interdū respirandi locus:
ut cogar etiam ingratis esse breuiloquus;
sed illud imprimis breuiloquentē me facit,

quod eloquētię tuę fulmina et flumina per-
horresco, qđ tua dapsilis facundia, et largꝰ
orationis fons mē retardāt et reprimūt, cum
tu incopioso dicendi genere domineris: nos in-
breuiꝰ potius sicco characterę cohibeamur:
Accepi adeo nuper literas tuas dij boni, qua
ubertatē prescatentes, quibus flosculis excul-
tas, quibus eloquij pigmentis coloratas: habeo
in Gramatophilatio, sic enim literarū reposito-
rium appellare consueui: Epistolas multorū
clarissimorū uirorū reconditas, qui partī noti
partī ignoti ad mē quottidiē literas missiculāt:
sed nullæ illarū: uta me deus amet: sūt cum
collocensis mei scriptionē et salo comparādē:
Tu succosior: Tu nitidior: Tu fluenti largio-
ris instar exuberans: pure latineq; scribis et
adeo ut inlatio inlatinitatis meditullio, natꝰ,
Altus, eruditus esse iudicaris, Demiror īterdū
ipsē mecū hominem pannoniū transalpes gēnitū

tam tersú esse tamq̃ excellenté semone latiali:
uerú profecto est illud qd̃ dicitur, ingeniũ
ubi intenderis ualet, Nihil difficile uoleti,
et apud scythas penitissimos Anacharsis
sapiens natus est, et Hieronymus in Dal-
matiæ Pannoniæq̃ confinio progenitj af-
fatim ostendit: non qua regione, sed
qua rationé uitã uiuerẽ quisq̃ institu
erit, esse spectandũ, neq̃ ubi prognatus,
sed uti moratus eruditusq̃ sit, inspiciẽdũ,
in Epistolis tuis nulla barbarica uerba
resonant, nulla eruditio uernacula ple-
beiaq̃ conspicitur, res uerbis quadrant:
uerba rem subsequũtur, misces seria io
cosis, et quodã quasi condimẽto austeri-
tatẽ temperas comitate, qualẽ est illud tuũ,
quod cupis nepotulos tuos Asmos fieri bra-
cteatos. s. et Aureo Asmo persimiles, de
quibus etsi nihil temere spondendum est,

propter lubricú ætatis, inqua qui non cadit
fitubat, tamẽ id ausim promittere' atq3 reci-
pere' illú saltem Maiusculum, tantú mlris
profecturú, quãtú tu, q3tú parentes uix audeãt
optare', potuit itaq3 iure et merito pueri pr
lachrymare' pre gaudio, ubi te epistolã meã
pro testimonio puerilis indolis recitantẽ in-
audiuit, Dat enĩ quottidie' magis specimen
futurę uirtutis, elucent scintillę: apparet igni-
culi micantis ingenij, poterit hic aliquando ful-
gere' doctrinę lucidioris apud pánonios: ego in-
tempore fouebo subleuaboq3 adminiculis meis
atq3 fulturis puerũ scandentẽ, ut in fastigio cõ-
sistere' possit, Nusquã deero, cũ capax fuerit
altioris eruditionis, illa enĩ minutaquæ adgra-
matistã pertinent, sunt infra nostrã professioem:
ex interuallo reuisã quid agat, et q3 recto tramite
prograediatur, uerũ hic instar theopompi non tam
calcaribus eget quã freno: cũ ille alter ephorũ

repreſentet ſtimulis egenté: hæc ſup nepotulis
hactenus, exliteris tuis oppido literatis cogno-
ui q̃ auidus q̃ ſitiens sis Plinianę eruditiois,
quo circa ſucciſiuas horas mihi ſumā, easq̃
peculiariter ac priuatí impendā Plinio caſti-
gando, anotamtiúculisq̃ èlatere intraſcribē-
dis, Et inhoc meā tibi obſtringo fidé; ſatisfa-
ciā huic tuo deſyderio, cognoſces me re quā
uerbo ferociorē; ſed opus eſt ut prius ex ma-
nibus egrediantur abſoluti impreſsiq̃ Cómen-
tarij: ne pluribus me oneribus redda sarcino-
ſum: abſoluentur ut ait impreſsor intra mſē:
creſcit opus indies inter manus: ſed procra-
ſtinatio hæc erit cū lucro, qua fit ut quottidie
nouis pigmentis farciantur, et condimentis nō
quottidianis condiantur, ut autē æquiore aio
feras hác noſtrā lentitudinē, Mitto ad te li-
bellú ex officina noſtra depromptú: Noſti uetꝰ
uerbú Africá ſemper afferre aliqd noui: itidé

Beroaldus tuus semper noui aliqd excudit,
ne ueterno marcoreq3 torpescat, perlege' libellú
letaberis, neq3 oleú dices neq3 operá te pdidisse,
fateberisq3 id opusculú non esse' ex numero illor,
quæ attingere' mullú opere' precíú sit: uidesne
quemadmodú dulcedo tecú fabulandi longius
me' prouexit, fecitq3 pro breuiloquo largiloquú:
et dú Cupio tecú agér laconismo utiq3 sparta-
na breuitate'; factus sum ut est mueteri pro-
uerbio Turture' loquacior: Ne aút diutius #
queras unde' adagiú hoc ortú sit: libellú plege,
et scies, uel si iá id cognouisti, recognosces: uale
decus eruditorú atq3 presidiú, et me ut amas
ama.: Data Bonon. xij KL Ianuarias: ano
salutis Milesimo undequingentesimo.

R sme'
Dñe / Vetus uerbum et Plautina sentẽtia est:
Res amicos inuenit: id nos alió mutemus elogio:
uirtus Amicos inuenit; quæ cú fortuna copulata,

conciliatrix amicitiarú est effectrixq3 beatitatis:
merito itaq3 te beatú predicant, cú uirtute' pre-
cellenti ampliſsima fortuna coniuncta est: me-
rito te amabiliſsimú ferút: cú uirtus illicio
quaſi quodá etiã ignotos attrahit ad amádú;
Ego uero cú claritudine' tui nominis, cú predi-
catione' Pandulphi noſtri extimulatus R^x^ mã
tuam Dominationẽ cæpi prius amare' q3 noſce,
exarauiq3 hoc quicquid est literularú ut ita qué
preſentẽ preſens imuſere, ac religioſe' ſalutare'
non poterã abſentẽ abſens æelloquio epiſtolico
reuerenter alloquerer, rogaréq3 ut in albo cli-
entú aſcriberer, qui quamuis te innumeri undiq3
ſeptú circumualent, tú patrono magno glorioſú
est, nouas quottidie' clientelas efficere', nulli emú
unq3 amicorú fuit satis: Pandulphus Miran-
dula alumnus doctrinæ meæ preco est tuarú
laudú; teq3 unicú perinde' ac deum ſinceriter

colit et obſeruat, qué tibi maximopere' Cómendo,
dignus eſt enim qui indulgenter atq3 peculiariter
foueatur à tua ex^ma. Dominatione', quã opto in
uiſere' Antiſtitio Pontificio prenitenté et terreni
dei uices obeunté, cui me dico atq3 trado; Data
Bononie nonas Iunij. 1502.

SALVE Vir Doctiſsime', Paulus Bombaſius qui
multos Annos meruit mnro contubernio nuper
ex caſtris noſtris mtua Caſtra tranſfugit magis
ut tranſfuga, nó ut explorator, Iam enim cupit
mgraciá migrare' de latio, Iam latinitatis dola-
torio leuigatus atticiſmo expoliri; Tiro eſt probꝫ
ſtrenuus et qui optimus ueteranus maturiſsime
fieri poſsit: eú etiá atq3 etiã cómendo tuæ fidei
et eruditioni famigeratæ: qua pellectus poſt-
habitis iuuenilibus blandimentis relicto genitali
ſolo iſtuc ad te propter te' migrauit: Sciote ut
doctrinis ampliſsimũ, ſic humanitate' politiſsimꝫ,

Qui fonte eloquij attici benignissimu recludes
largo hausstu sitientes haurire nõ tam sumis
quã multas: Te uno nihil ΑΤΤΙΚΟΤΕΡΟΝ adte
confluunt φιλελλεινες et grecę linguę candi-
dati: interquos est Paulus noster: quem
suscipe queso, foue, complectere: et cum
doctoris sit ut docere, Discipuli ut discere
uelit, spondeo te docilem discipulũ habituru,
dignũ te, tuęq; sectæ consentaneũ, gaudeo ob-
latã mihi occasionẽ esse scribendi adte, ut
calamo et carta internuncijs aperiamus ami-
citiæ fores: quæ semel patefactę nusq; deim-
ceps occludi debent: et cũ turpe sit nõ respõ-
dere in amore prouocanti: ego primus pro-
uocaui; tu prouocatus mutuũ rependẽ, mu-
tuis autẽ officijs certare honesta contentio est,
in qua tam uinci quam uincere speciosissimu
est.

Ortius Latro egregius apud Romanos decla-
mator, qué Ouidij Nasonis preceptorem
fuisse' proditū est: discipulos habuit com-
plusculos qui cú contenti essent tantum
audire', nec ipsi desyderarent audiri: cō-
tumeliæ causa auditores uocabantur: in-
de' poni promiscue' pro discipulo cepit au-
ditor: Ego cupiens id probri genus effugēr:
ne semper auditor sim: desiderans q3 aliqñ
audiri; inconfessū hunc ornatissimū pro-
cessi, ut siquid profeci exuiua ut aiunt
uoce preceptorū: ut siquid didici exmutis
magistris hoc est libris: id corā uobis expro-
merē: non ut ostentator sed ueritatis uestiga-
tor; sic enim Socrates uerū mueniri posse
arbitrabatur: dū quid sit probabile' ex utraq3
parte diseritur; Cú aút ex fonte' musarū mul-
tifaria doctrinarú pocula hauriantur: qdā
craterā Gramaticę' epotat: Alius rhetoricæ:

Alius dialeticæ, sunt quibus dulcis est mu-
sicæ potio, sunt quibus scientię sideralis,
sunt qui hariunt philosophię poculũ, sũt
quibus Theologiæ fluenta potantur, et ita
singuli singulis poculis sitim sedãt, Ego
uero sitim sedare cupiens ebibi crateras
duas philosophię scilicet et Theologiæ, qua-
rum quanto largior est potio: tanto plus
proficit ad animi sobrietatẽ: et profecto
Venerandi patres, si uerũ excutere uelim
et rẽ aqua lancẽ perpendere haud dubie
diiudicabimus nihil homini prestantius,
nihil precioſius: nihil maius ãdeo optimo
maximo datũ esse bono philosophię aũ
Theologiæ: hæ sunt regine cunctarum
disciplinarũ: hæ hominem deo proximũ
efficiũt, Seneca Philosophorũ sinceriss.
naturæ rerũ gracias agit: cũ secretiora
eius ingressus discit: quę sit uniuersi ma-

teria, quid sit deus: quid Anima: unde
tremor terre: et qua ui maria alta tume-
scunt: Felix est profecto felix qui rerum
potuit cognoscere causas: hoc aút docet Phi-
losophia, quæ rerum elementariarū est ex-
ploratrix: quæ naturæ secreta rimatur:
Sicut Theologia dei rerūq; diuinarū ac in-
uisibilis mundi est contemplatrix: quæ
mundo etiá ipso subthora quepiá uestigat:
Et ut inquit Platonicus, Apuleius ĩextreo
mundi tergo degit: O Vtimā Philosophiæ
et theologiæ poculis quarū sititor sú sitī
ímodicam restinguere' potuisse: O, Vtinā
mihi ex illarū fluctibus tantū haurir fas
fuisset, quātū animi estuátis ardor optabat,
uerū qui tenuis est et modicus tenuiter hau-
rit et modice': Et cū intabernaculū domini
alius offerat Aurum: alius Argentū; alius
lapides pretiosos: nos offerimus qd' possum⁹:

si sumū locū attingere nequimus : prouirili
parte elaboremus : ne simus nouissimi : cū
pulchrū sit īsecundis tertijsq; consistere ;
ego Venerandi patres pro uirili parte con-
tendi ; omnibusq; neruis ac uiribus enixus
sū ne essem ut greca uoce dicitur Amusos:
ne expers penitus diuitiarū philosophicarū,
sine quibus homo inops est : Quæ ueræ hōis ſt
diuitię , ueraq; ornamenta , quibus qui caret
inornatus impolitus incultus est, et cū magnę
rei , quantulúcumq; possideris , fuisse ꝑticipē
non minima sit gloria , sedulo operā dedi ,
ut philosophię ac Theologię quibus nihil
maius quicquā est, portiunculā possidere ,
ut illarū ornamentis , quæ sunt uera or-
namenta , uestirer intrinsecus ; deniq;
curaui pro uiribus ut annos iuueniles
bene collocare : Itaq; ut ocij mei rōnē
uobis Venerandi prēs ratio constet : in
animo est .

manimo est hodierno die inhoc doctissimorꝝ uirorꝝ
cœtu nō tam ostentare quā expromere penora phi-
losophica, Theologicaqꝫ, quæ iampridē in cella-
rio meo condita custodio: ut uos iudices hēam
atqꝫ Censores meorū studiorum; quæ si inhoc
ornatissimo cetu, à doctissimis uiris nō impro-
babūtur: ut inquit ille, sublimi feriā sydera
uertice, Si uero singulari uestræ doctrinæ ad-
plenū non respondebit nostra disputatio: dabi-
tis opinor uenia ætati, inqua qui nō caduti ti-
tubat: Et ut ait Elegiacus poeta Audacia certi
laus erit immagnis et uoluisse sat est: Hoc aūt
genus querendę glorię; quæ sola mortaliū
mentes inflámat; longe honestus est iuuene,
quā id, quo utebantur antiquitus Iuuenes
Romani; Qui laudis causa ad illustrandū
ingenij florem in foro accusabant uiros pri-
marios: ut M. Antonius Carbonē; P. Sul-
pitius Norbanum; C. Furrius M. Aglū,

C. Curio Q. Metellú, idq; erat implu=
rimis primú doctrinę Tirocinių et facú=
dię ostentatio; Nos uero neminẽ accu=
santes nullúq; peragentes reú, simplici=
ter et ingenuè de studijs Philosophię ac
Theologię disputabimus: Qua ex re me=
moria hominis fit Adminiculatior; inge=
nium uegetius: Doctrina Cumulatior, lin=
gua diſertior: et ita ueritas, quã Anaxa=
goras imo puteo abditã eſsè dicebat,
magis ac magis excuſsa educitur in=
lucem atq; illuminatur: sed iã prefari
desinamus; ne prologus longior sit, q;
instituta narratio: uos clariſsimj ac doc=
tiſsimi Patres, ea quæ a, mè dicentur
in bonã partẽ accipiatis rogamus; et no=
bis iã ritu philoſophico diſputaturis stu=
riú operã prebitotè; ipse operá dabo, ut
citra faſtidiú sit hæc nr̃a disputatio, cuiꝰ
initiú hoc eſt. Dixi.

Vm maximus ſtudiorú fructus ſit, et prẽmium
literarij laboris facultas dicendi extemporalis:
gratulor mihiipſi iam ſæpẽ datam eſse occaſioém
fruendi hoc fructu extemporalitatis in hoc potiſſi=
mú loco: ut .s. Vicarius et quaſi ſuccedaneus
impleá oratoris tribunitij qui ergo mẽ nouere
qualis ſim præparatus meditatus: ijdé quoq3 per=
ſpicient qualis ſim ſubitarius et repentinus, ſtẽ
ſi placere ſoleo compoſita et diligenter penſitata
oratione perorans: núc quoq3 bene ſpero ne in tu=
multuario hoc ſermonẽ diſpliceam: Philippus ora=
tor, ut hinc exordiar gloriari ſolebat: ſe ita surgeŕ
ad dicendú, ut qd primú uerbú habiturus esset,
ipſẽ neſciret, ſed ubi ceperat et uerba et snia af=
fatim ſuppetebant; Tantam doctrina et exercitatio
facilitatẽ homini pepererat: Vellem ego sicut co=
gnominis sũ Philippi oratoris, ita eruditionẽ et
eloquentia eſsẽ conſimilis; Dicá ego quoq3 quæ
in buccá uenerint et hoc imprimis, quod magrátú

Egiptij duobus literis sacris quas hieraticas et hie=
roglíphicas uocant, insculpebant: inter cætera croco=
dilú et oculú, ubi crocodilus significat malum:
oculus iustitiá iustitiæq3 custodé, hec duo magi=
stratibus omnibus sút habenda ante oculos, in=
ore imprecordijs, crocodilus, ut caueát a quocúq3
malo, ut malú in administranda republica pcul
a ciuitate propulsent; oculus quoq3 spectandus,
ut intelligant, iustitiá colendá custodiendamq3
et hoc se facturos esse uerbis meis spondent
tribuni plebis, qui iustitiæ quoq3 filiá nomine
Nemesim obseruabant; qué ut ueteres Theologi
tradiderút est arbitra rerú, speculatrix actionú
humanarú, bonorú premiatrix, malorú profliga=
trix, quá pinatá fixit antiquitas, ut doceret
eam aduentare celeri uelocitate ad mulctandos
malos magistratus, prepterea quid decet, quid
expediat, spectabút qđ rhetoricæ doctores oratori
spectandum esse percipiút, ut populares merito

dici possint laborabú : qui faciunt quæ decét
multitudini et populo iucunda sint : Jus et uis
alterú diligendú fouenduq3 : altera expellenda,
quod reliquú est uobis agú tribuni ob prandij
lautitiá : et opulentiá ; inquo nó defuere Martij
panes edulia assa : Jurulenta elissa multiuga,
Testuacea Scitissimi saporis, Buccelle ex saccaro
et nucleis pineis concinante : Perdices, Fasiani,
quæ lautorú mensis cú mandúntur, hinc factú
est ut largitate epularú pregranatus et ingenio
hebetato et concutiente fortasse nequiueri expec-
tioni uestræ satisfacere. ueru uos uenia dabitis,
nec eni orator distinctus, potus, subitarius, cú
abstemio, sobrio, meditato est Conferendus. Τέλως.

Ad Tribunos Plebis.

Nos uetus est magistratus Amplissimi & longa uté-
cium Consuetudine comprobatus : ut sicut maljs
negocijs obeundis : Ita inhoc quoq dicendi muere

peragendo uicarios aliquando ſubſtituamus :
Sic olim hortensius inſenatu Romano facile
prīceps ob nobilitatē : et inforo rex cauſarū
ob eloquentiā : inquadā actione ſuccedaneū
fecit. M. Tullīū illū extra omnē aleā ingenij
collocatū, sic ego quoq; hodierno die ſuffecty
ſū inlocū languentis iureconſulti : qui niſi id
horē ægratationē implicatus foret ſederet
inhoc auguſtissimo conſenſu inter ornatissi=
mos Collegas : Suūq; hoc ipsemet dicendi
munus obiret, hāc mē autē prouintiā ſuſci=
perē rogauit : qui iubere poterat clarissimꝰ
uexillifer noſter : qui conſulari ac pene dic=
tatoria poteſtatē prepollēs agit magiſtratū
ut maximū, sic ſaluberrimū honoratissimū
q; : Ego autē cū mihi aut indiſerti aut in=
officioſi : eſſet fama ſubeunda, malui elogn=
tiā potius quā offitiū meū deſiderari, igit
quæ ame deinceps dicentur, ea nō tāq; à Philippo,

Sed prinde ac à magistratu dici existimatote,
Cui oratio mea succedanea uicariaq; deseruit.
Bene Constitutá eâ Ciuitaté: et id oppidú pul-
chre munitú esse autumát nobilissimi philoso-
phorú, et Plautina sententia est, unde perfidia,
peculatus, auaritia exulant, unde inuidia: am-
bitio: obtrectatio: periuriú: iniuria longissimè
absunt, hæ aút pestes: hæ labes: hec mala procul
abiguntur, exterminantur: explodúntur ex ciui-
tatibus legú, magistratuúq; presidio: Lex uinculú
est Ciuitatis, fons equitatis, tutela rerú publicarú,
Leges. M. Cato, neruos Ciuitatú esse prodidit,
Legú ministri sunt magistratus: et ut ait non-
minus uere q̃ nitidè Arpinas orator, lex est
mutus magistratus: magistratus est lex loquẽs:
Vobis ornatissimi Tribuni lex et ius Ciuile pre-
scribút quid facer̃, quid Cauere debeatis: quæ
sint munia: quæ partes tribuniciæ potestatis:
Eia agite dú Capessite totis uiribus, tota mẽte:

.R.P. et quæ pertinent ad uestrum magistratū:
simceriter, nauiter, Callenter obite, ſicuti iurati
facturos uos spopondiſtis: Et ſicuti tribuni plebis
núcupamini. Ita eſtote plebicolę patronię popu-
lares: Eſtote obuij expoſitię audiendis morſalíū
deſideriis. sint aduos faciles aditus plebeiorum
liberę querimonię iniuriarū: mitamini queſo tri-
bunos illos Romanos reipublicę: mitis hec ciui-
tas quaſi effigies parua ſimulacrúq; eſt ut pote
a Romanis deducta Colonia Valerio flacco, Atti-
lio ſeramo. L. tappo triúuiris deducentibus: Tri-
bunos enī Romanos ut hiſtorici prodiderūt nullū
diē integrū Roma abeſſe nec obnoctare fas erat:
ut uidelicet semper preſto eſsent, ut suppetiæ
omni tempore forent obuiē hinc etiā ianue tri-
bunorú die noctuq; antiquitus patebant tāq;
portus atq; ſuffugiú laborantibus: Et ut curio
dicere ſolebat: tribuno conuenit prebere se mul-
titudini Cómodū: tractabilē, exorabilē: ite et

uos per uestigia maiorū quos sequi debemus:
Si recto itinere precesserint, populi cōmoda pro
uirili parte defendite: & instar agoranomorum.
rem annonariā uelut imlibrili perpendite, ne fu-
cosa, ne adulterina, ne enormi pretio distrahat̄:
qđ apud ueteres Grecos Agoranomi, apud p̄-
scos Romanos ediles peculiariter obibant, uerū
ne digitū quidē transuersum, aut ungué qđ aiūt
latū a legis prescripto recedite: quæ ut ait Pindar⁹
Regina est: et ut deus ille philosophorū Plato pro-
pe diuinitus scribit: salus parata est illi Ciuitati:
inqua Lex magistratibus dominatur: sicut interitus
inqua legi magistratus presunt: Aristoteles quoq;
in hoc doctore Platonē emulatus: qui legem
inquit preesse iubent uidentur iubere deū esse:
in hoc ergo honoratissimi tribuni uersetur oē
uestrū otiū omne negotiū: in hoc quies et la-
bor preponatur: cumprimis estote iustitię cul-
tores uigilantissimi: de qua melius est silere

q̃ꝫ pauca dicere' ſme' qua optimacũ conſenſꝯ
factio eſt: ſme' qua Ciuitates non ſunt hoũꝫ
cætus iure ſotiati: ſed concihiabula prædatorꝫ:
Cui ſacrificanté olim Darũ Perſarꝫ regem
dixiſſe ferũt: o domina ſiqua es usq̃ꝫ quibus
uerbis ſatis oſtendit, se iam pridé exoptasse
iuſtitiã: neq̃ illã usq̃ꝫ gentiũ agnoſcere po-
tuiſſe: interrogatus Agesilaus ille magnus,
utra uirtus preſtantior foret fortitudo an iu-
ſtitia, oppidoq̃ ſcite respondit, nihil opꝰ ee
fortitudine' ubi adſit iuſtitia cunctarũ Regia
uirtutum, quã eruditi erudite graphicæq̃ꝫ
oleo comparãt: ut enĩ oleũ intus obeſt, foris,
infusũ corpori prodeſt, sic et iuſtitia utilis ma-
gis eſt alijs: q̃ꝫ exercitori, ob hoc dixit nobi-
liſsmus philosophorũ: Juſtitiã uirtuté eſſe
ad alium, et quia ut Bias inquit ἀρχὴ
ἀνδρὸς ἐλεῖλει. hoc eſt magiſtratus uirũ oſtédit,
efficite tribum: ut tribunatus uobis uos tribũatu

digni fuisse uideamini : et cui administratio huiusce
clarissimę ciuitatis constet : ex statu Aristocratico :
ac democratico : ideſt ex statu optimatũ ac popu-
lari conspirate, consentite cũ sũmatibus referte ad
senatũ, referte ad hosce magistratus Consulari po-
testate preditos : qui uobis erũt pro uirili parte
omnibus in rebus adminiculatores : Duas potissi-
mũ res docebãt discebantq; lacones illi graues et
famigerati : πείθεσθαι καὶ βασιλεύειν hoc est parerẽ
et imperare, laudatus est Hannibal qđ ad res duas
longe dissimillimas : parendũ atq; imperãdũ foret,
habillissimus : ita uos addã enim calcaria sponte
currentibus : in tribunicia potestate moderãda utrúq;
exercete pro rebus, pro tempore, pro personis, ita
laus uos etiã nolentes nõ parua subsequetur, ita
hic status incolumis florentissimusq; seruabitur
Cuius pulchritudinẽ, tranquillitatẽ, felicitatem
et id genus bona multiuga : inclyto optimoq; Io.
Bentiuolo, iampridem accepta referimus : quod

reliquū est, ornatissimi oratores, magnifice ꝓtor
accepti estis una cū honoratissimis tribunis prā-
dio nō tam luxurioso : q3 nitido : non saliares,
non adjciales, non pollucibiles, non dubias, nō
Ganelonū epulas esculentas tā sectati sunt omni-
uatores nostri : q3 elegantiā, adhibito tali tempe-
ramēto : ut neq3 luxuria : neq3 popinatio neq3
helluatio : neq3 parsimonia sordesq3 deporcor-
ex prescripto legis orchię aut luciniæ aliarumq3
legū sūptuariarū quas Cato Gbarias appellat
in hodierno comitio notorrentur : quicqd id
fuit qualecumq3 fuit equi boniq3 queso facitote.
Dixi.

Oratio habita Corā sūmo Pontifice Jnnocētio.

iquis umq̄ pontifex maximus superioribus
temporibus Creatus fuit ; qui Bononiensi po-
pulo acceptissimus foret et iucundissimus :
tu profecto is es beatissime ꝑ : quem sedi
apostolicę prefectum esse : qui labentē Petri

naviculá tua maeſtate regeres ac moderareris, z
ſuper dominicas oues paſtor uigilantiſſimus excu-
bares: Bononienſes mirandū in modū lętati ſūt:
incredibiliq3 affecti uoluptate: ſed inter alios oés
Gaudet: Geſtit: Exultat, magnificus Vir Joá-
nes Bentiuolus, cuius iuſſu in hoc auguſtiſſio
Cardinaliū cętu apud tuā ſacroſanctā maieſtatē
uerba facturus acceſſi: O utinā mihi in preſētiarū
ſuppeteret Eloquentia Ciceronis, fulmina Demo-
ſthenis: Copia Senecę: Calor Cæſaris, Jucúditas
Criſpi, Elegantia ſecundi oratoris, ut uerbis pos-
ſem ęquare gaudia, luſus, feſtiuitates, deſideria
Bononiensis populi: qui cū primū maieſtatē tuā
ad pontificatus faſtigiū, omnibus Cardinalū ſuf-
fragijs ſublimatā fuiſſe Cognouit: nihil eorū rerū
prorſus omiſit: quę ad ſúmā hilaritatē indicádā
et eximiā letitiā demóſtrandā pertinere uidebā-
ubiq3 rogi lignorū ardentes sub ipsū noctis crepu-
ſculū fulgere uiſebantur: ubiq3 faces: ubiq3 lúinaria

37

conspiciebantur: ubiq; uoces audiebantur: sanc-
titati tuę congratulantiú: Et Bx^tic tuę fausta
ac felicia ominantiú, Sed imprimis Joannes
Bentiuolus lętitia exultabat: Gaudio effere-
batur: ídicia animi gaudibundi q; plurima
exhibebat; nomé sanctitatis tuę laudár, amár
uenerari, núc demú dictitate familiá Bétiuolá,
futurá felicé ac beatá: quę seruitura esset tá
bono presidi: tam clemeti domino: tá iusto pō-
tifici: etenú si diligenter intueri uelimus: et sin-
gula curiosissime pensitár facillime cognosce-
mus non solú Bononienses: qui tibi beatissi-
pater addicti sút; et mancipati: sed omnes
christiani nominis sectatores futuros esse fœlices:
te pontificatus maximi habenas moderante:
dicere solebat ille diuinus Plato beatas fore
Ciuitates: inquibus aut philosophi dominarét:
aut domini philosopharétur: beata ergo urbs
Roma orbis caput, beati Christiani omnes

qui nati sút te presidé : Sanctiss^mr. pr qui nó iá
uerbis , sed operibus ipsis pharis : qui clementiá
colis : iustitiá foues : humanitaté amplexaris :
qui frugalitaté amas , faues bonis , improbis
aduersaris , Cuius uita ex omni genere uirtutú
cópacta est atq3 conglutinata , Cuius deniq3
mores sút irreprehensibiles , quod in episcopo ,
imprimis optat apostolus , tu sanctitate uitę Cato :
benignitate Cęsar : hospitalitate Cymon : iusti-
tia Aristides : frugalitate Fabricius bonitate Tra-
ianus esse iudicaris , tu nõ minus re : q́ nomine
Jnnocentius existis : Cuius uitá exemplar Jn-
nocentiæ ac probitatis esse potest : Deniq3 sanc-
titati tuę , optime quadrat ille uersiculus , solus
habes laudú quicqd possedimus omnes , me-
rito itaq3 deus omnipotentissimus ille et ultra
mundanus , dú christianorũ rebus consulit la-
banti Religioni opitulatur , te ex omnibus pon-
tificé maximú potissimũ esse uoluit , ut tu áplissia

inter mortales maiestate' preditus : Cuncta con-
silio atq3 prudentia . regeres ac moderareris : in-
terpretare pontifex maxime' uocabulu tuum :
quod profecto, ut scenola dicere solebat : a posse
et facere inclinatu est : quonia pontifex maxius
secundu deos interris potentis simus cuncta pot
facere ac debet : qui est pastor dominici gregis,
Cuius nutu et arbitrio omnes christiani obse-
cuntur, Cuius iussis omnes obsecundat ac
obediut, tibi ergo imprimis sanctissime' pater
Magnificus uir Joannes Bentiuolus inseruire
obsequi, obtemperare' paratus est : a tuis prece-
ptis ne unge quidem ut dicitur transuersu
discedere uult : tua maiestate spectat factur3
quicqd illa preceperit : omnes spes suas ; uota
affectiones in tua sanctitate posuit, fixit atq3
locauit : se beatu, se fortunatu nuc demu esse
existimat qp te talem principe talem dominum
sortitus sit : Suscipe ergo Beatissime' pater incle-

telam maiestatis tue Joannem Bentiuolum:
totáqꝫ ipsius familiá generosissimá: qui seipm
suaqꝫ omnia clementię tuę donat, dicat, addicit:
qui te toto Corde totoqꝫ animo diligit: Amat ac
ueneratur: qui tibi sacrosanctęqꝫ sedi aplicę
deuotissimus est: qui huc ideo nūc primū ueit,
ut presentę presens maiestatę tuá adorárt ac
uenerarętur: ut suauissimo conspectu tuo per-
fruentur: qui exuperantissimū deū rogat: orat,
ac deprecatur: ut Beatitudinę tuā diutissime
incolumē florentęqꝫ mamplissimo pontificatu
Conseruet, tueatur atqꝫ Custodiat: multos
habet habebitqꝫ sanctitas tua deuotos, fideles,
obedientes, sed nullum medius fidius inue-
niet Joanne Bentiuolo deuotiorē, fideliorē,
obedientiorem. Dixi.

Antonio Thebaldeo.

SALVE Amice Optime scio te studiosissimū
esse accerimumq propugnatorem: Baptistę

guarmi, nec ímerito debet enim discipulus doc„
tori pene tantú: quantú filius parenti: Alter
enim corporũ: Alter mentiú formator est: scio
quoq3 te mei nominis non esse spretoré: idq́ iá
pridé excolloquio et mutua salutatione cogno„
ui, quo circa te ęquú Arbitrú futurú coniecto
disceptatoré q3 optimum sup calumnia littera„
toria: ex rumore, literis, nuntijs accepi com„
mentarios meos intranquillú istic propulpito:
pro tribunali: palá uellicari a' Baptista Gua„
rino: q́t eq́dé demiror, q́t uir doctus: et alio„
q amicus, Amico non indocto absenti obtrectet
derogetq3: hic niger est hunc tu Romane Ca„
uete sed cũ inimicuq3 mortaliú ingenita sit exi„
stimationis suę defensio: Constitui ipé mecũ
hac epistola Crimina obiecta refellere: ne-
tacens illa uidear agnoscere: et quia epistolicq
Caracter breuiloquiú deposcit: súmatim diluá:
quę obijciuntur, Audio illud primũ i Cómétarijs

meis taxari : qđ Scipioné dixerim , primú Cæsaré
dictú esse : Citauerimq3 ad id aserendú testimoniú
Pliniaú : Ait enim doctor uester uerba Pliniana ,
a me perperá intelligi , nec recte distnguí , nolo
mihi : nolo criminatoribus credas : sed scriptorib9
uetustissimis : aquibus plana fit atq3 illustris
Pliniana sententia : audi queso , attentis auribj
et animo Solinú scriptoré optimor luculentú classi
cumq3 : qui Epitome quasi quadá Pliniú circú
scripsit : ita scribenté , rursus nęcatis matribus
ortus est auspicatior : sicut Scipio Africanus por :
qui defuncta matre : qđ excisus utero indié uene
rat : primus Romanorũ Cæsar dictus est : nihil
potest esse planius : mihi lucidius hac solini ex
plicationé : qui nostrę sententię astipulatur , Pli
niana quoq3 uerba quasi interpretatur : Secúdo
loco obijciút , Ciceronem non dedisse operá Apol
lonio moloni , sed Apollonio molonis : táq3 Apol
lonii molonis filiú habuerit magrum n̄ molonẽ :

Ne longú faciá : ne auctoritatibus multis ſenté,
tiá meá fulciá aduerſus calúniatoré cóuellenté
hac sua opinione Codices emaculatos; Contentꝫ
ero auctoritate ipſius Ciceronis, Cui nec quidé
inuerecundus accuſator auderet reclamare: ſic
enim ſcribit in Bruto, eodé Anno etiá moloni
rhodio Romę dedimus operá: et actori ſúmo
cauſarú et magro, et mox Paulo Rhodú ueni;
meqꝫ ad eundé: qué Romę audiuerá molonē
applicaui, Valerius quoqꝫ ut id ueluti transe-
unter attingá libro Secundo ſic refert: Molo
rhetor qui ſtudia M. Tullij acuit, hec ſunt:
quę ille ueluti grauia maximaqꝫ obiectauit: quę
mihi tá futilia: tá nihili: tam friuola eſſe-
uidentur: ut turpe pene exiſtimé talia diluis-
ſe, quę dú illi obiectát faciút ne intelligendo
ut nihil intelligát: aiút preterea me fęde la-
pſum eſſe dú allego Codicé Varroniamú ſuper
pertinacia: famq́ Varro, nó pertinaciá dixerit

a pertẽdendo deduci. ſed pernicaciá: non billis
ſed riſus me cómouet: Cú itĝ genus obiectameta-
mme proferri sentio: taq; pernicacia Concinnj
aptiusq; ab hoc uerbo ꝓtendo deducatur q; ꝓtina-
cia: non ne dicit Varro pertinaciá eſse cum eo
pertendit inquo pertendi nõ debet, nõne hec eſt
propria pertinacię ſignificatio: Cú pernicacia
inbonã parte interdú accipiatur, audi qd tra-
dit ſcriptor protritus et omnibus obuius nonius
Marcellus: Cuius uerba ſubſcripsi: quę hec ſũt:
pernicatia et pertinacia hoc diſtant pernicacia eſt
interdú bonarũ rerũ perſeuerantia, pertinacia ſẽp
malarũ: hec nonij uerba adamuſsim quadrãt; cú
ſententia Varronis: Non me preterit inlaude poni
a Seneca, a Liuio, abalijs pertinacẽ bonitate et
pertinace uirtute: ſup quo in Cómentarijs thuſcu-
lanarj plura, hec ſũt quę inpreſentia adme de-
lata ſũt, adquę ſubinnitus respondi, nõ ut quẽ
piam inſectarer, ſed ut me ipſum defendere: meũ

non est alienę scientię obtrectatione famā aucu-
pari: Non inuideo amicis doctrinā, faueo aliens
bonis, Gaudeo eruditione, multiuga, precellētes
hoc quoq3 seculo florescere: mecū satis bene agit:
si mordinē secundę notę recipior: extremos pu-
deat redisse: scripsi hec pluribus q3 distinaue-
rā: tu nos et nostra tuere, quatenus ueritas si-
nit: si improbe, Carpor, occurre carpentibus,
si recte accusor, transi pedibus insententiā eorū
inquorū nos quoq3 transibimus, ubi ueriora
nostris ediderit, Vale et salutem meo nomīe
impti Baptiste Guarino: quē diligo, ut eru-
ditus ab homine nō inerudito diligi meretur.

COLLEGII MSS. CAMPORI

CC. I 41

-R. BIBLIOTECA-
M O